

XXX. APRILIS.
PRIDIE CAL. MAIL.

יָרֵךְ י.
ΜΑΝΘΙΚΟΣ.

Dextrum Genu ORIONIS cum
sole occidit.

MAIVS.

יָרֵךְ יִיָּאָר

Qui & יָרֵךְ 2. Reg. 6.
SECUNDVS.

ἈΡΤΕΜΙΣΙΟΣ.

SVID. Ἀρτεμισίῳ ἢ ἀμακιδέσσῳ
ἢ μάῳ.

ΣΚΙΡΟΦΟΒΙΩΝ.

SVID. Σκίροφοβίων μὲν ἀπλωάων δῶδε
κατῳ. Vide caetera.

ΠΑΧΩΝ.

Lata CRVCIS Helene reperit pia cura trophaea.
Vinea cum floret Plebs VRBANVM celebrabit.

I. MAII.

CALENDÆ.

PHILIPPVS.

IACOBVS.

VVALPVRG.

LARES

PRAESTITES

colēbantur Romæ. Ouidius.

Præstitibus Maia Laribus uidere Calendæ

Aram constituit, paruaq; signa Deum.

Mensis secundi die prima post exitum ex Aegypto anno secundo, DEI iussu MOSES ET AARON NUMERARUNT POPVLVM IN DESERTO, & repererunt 605550. viros egressos annum etatis ulcesimum, non annueratis Leuitis, quorum erant 22. millia, quæ multitudo uniuersa in deserto exincta est. propter inobedientiam & ingratiitudinem, nec plures de tanta turba quam duo, IOSVA & CALBB in terram promissam introducti sunt. Num. 1. & 9.

Q. Publius Philo II. COS. primus proconsul triumphum egit de Samnitibus & Paleopolitanis anno urb. 427.

Isabella Caroli V. Imp. uxor mortua 1539.

*Dnica Cantab, Anno 1680. Saxing Regum, cum
Ill. vir Principib. ac Dnæ, Dno Johanne Senore, Dno
Adolfo, et Dno Johanne innore, Slejunicis et
Holsaticis Ducib, cum splendissimo Comitatu
Nobilitate Danica ac Holsatica, urbem Ottho
niam feliciter ingressus est: ad actum inuesti
tione, super Ducatu Slejunicensi, et insula, Imbricia etc.*

ΞΙΠΟΘΟΡΙΟΝ.

II. MAII.

ΠΑΧΩΝ.

VI. NONAS.

FRIDERICVS MARCHIO BRANDE-
BURGENSIS ALBERTI ACHILLIS filius nasci-
tur anno 1460. minutis 20. post undecimam, proximam
meridiei.

Hoc mea nata die est HELENE carissima coniunx.
Anno 1527.

III. MAII,
V. NONAS.

• MAHOMETES II. Imperator Turcicus, qui Constantinopolin & uicina loca Imperatoribus Græcis ademit, totius orbis imperio inhians, missis tribus exercitibus, uno in Italiam, qui Hydruntem occupauit, altero in insulam Rhodum, cum tertium ipse in Aegyptum ducturus, ad urbem Bithynia NICOMEDIAM traiecisset, hoc die colicis doloribus extinctus est anno Christi 1451. IONIUS.

Hoc die, anno 1580, in Sicilia et felicitate celebratus fuit, maxima cum celebritate et frequentia, actus sollemnis investiturae, Othonis, in Baltheo, vel tabulato, sub die, ad eam relictus ac adornatus. In quo, Serenissimus ac opt. Rex, Ill. Principibus, Patribus, Dno Duci Salsum Seniori, Dno Adolfo fratribus, nec non Dno Salsum Juniori, Salsumici ac Holsatiae Ducibus, cum publica traditione et precatione vespertina in fœdum contractus, Ducatum Salsumici et insulam Imbrariam, p[ro] et accepto p[ri]mo ab ipsorum Col[on]iis, homagio, vel fidelitatis iuramento, ea forma, sicut anno supradicti, inter ipsius Met[ropolitani] et Principes, in transactione facta in re. Actio constituta, etc.

ΣΚΙΡΟΦΟΡΙΩΝ.

ΠΑΧΩΝ.

III. MAII,
III. NONAS.

κίον Sirius

&

In baltheo ORIONIS præcedens
vespertino occidit.

ἈΝΤΑΡΗΣ Cor Scorpii mane occi-
dit.

V. MAII.

III. NONAS.

IESVS CHRISTVS FILIVS DEI ET MARIAE VIRGINIS quadragesimo die post resurrectionem, leto triumpho, stipatus comitatu simul resuscitatorum Patrum, ASCENDIT AD COELOS, VBI SEDENS AD DEXTERAM AETERNI PATRIS AETERNVS SACERDOS ET REX, intercedit pro nobis, & tuetur Ecclesiam suam aduersus insidias & violentiam hostis Diaboli. Marci & Luca ultimo.

In baltheo ORIONIS media cum Sole occidit.

VI. MAII.

PRIDIE NONAS.

ΣΚΙΡΟΦΟΡΙΩΝ.

ΠΑΧΩΝ.

VRBS ROMA tertia oppugnatione capta & directa est à militibus Cæsariis, Germanis & Hispanis, quorum Dux erat CAROLVS BVRBONIVS, qui in oppugnatione postrema ictus globo Bombardæ incautius emisso à quodam suorum militum, eodem die mortuus est, anno Christi 1527. ut habet distichon:

Altera post captos Gallos populiq; furores,

Aestas, te capta, ROMA, eruenta fuit.

C. Martius Rutilus Dictator de Tuscis triumphum egit anno urb. 527.

HYADES diebus sequentibus 4. cum Sole occidunt.

Humerus sinister ORIONIS & in baltheo sequens vesperi occidit.

VII. MAII.

NONAE MAII.

ἈΡΤΕΜΙΣΙΟΣ

OTTO PRIMVS appellatus MAGNVS, HEN-
RICI AVCVPIS filius, decimus Imperator Germanicus,
rebus maximis gestis, & constitutis Ecclesijs Episcopalibus,
MAGDEBVRGENSI, MISNENSI, BRANDE-
BVRGENSI, MERSEBVRGENSI, ZICENSI,
mortuus est in oppido QVEDELNBVRG, & sepultus
MAGDEBVRGI, anno imperij 36. anno Christi 974.
Quo anno etiam Diuus VLRICVS Episcopus Augustanum
accessit.

Milites TITI primo muro difficili oppugnatione supera-
to, partem urbis Hierosolymæ à regione templi, dictam BEZE-
THA occupant anno 73. post Christum natum.

C. Sulpicius Peticus II. COS. triumphum egit de Gal-
lis anno urb. 395.

ΣΚΙΡΟΦΟΡΙΩΝ.

VIII. MAII.

ΠΑΧΩΝ.

VIII. IDVS.

ANDREAS ALCIATVS IN V. M. L. I.
IVRE CONSVLTVS excellens
nascitur in ducatu Mediolanensi an-
no 1492.

*Hoc die, qui fuit dies Iouis post Oricam
Canatt, anno 1572. in puncto horæ 7.
post merid, nascitur Hafnia chariss. filius
nobilis Nicolai, non in ordine liberorum
nostrorum. Hunc ex sacro fonte Lenarum
tanq; Christianitatis cistæ, Ioachim de
Iasunde Rupianus, Doctor Nicolai
Helmringius, Rector academiæ Hafnien-
s. et Doctor Paulus Matthias Episcopus Sia-
landiæ. Et dña Metta Rosenerant, tm
Petri Oxlinj, Palatij Regij Magni, vxor,
et Donathæ, filia Sanderi Leil, vxor
Iohannis Olaini Consulis Hafnien-
s. Dña Metta Rosatæ duos, Doctor Nicol-
num annen, typod. vltoris et noni ce. sta-
mensi veltentem et valerum antiquum
vltiq; Rosatæ singuli danc. tte.*

IX. MAII.

VII. IDVS.

ΑΡΤΕΜΙΣΙΟΣ

LEMURIA nocturna sacra tribus noctibus non
continuis, sed interueniente semper una nocte, celebrata sunt
Romæ, ad fugandos ex domibus Lemures & terrentia
nocturna. Ouid. 5. Fast.

ACADEMIA BONONIENSIS hoc die incho-
ta & confirmata est à THEODOSIO Imperatore. Anna
Domini. 423. Privilegium Bononiæ legitur ere incisum in
S. Petronio, marmor in S. Dominico.

PLEIADES cum Sole occidunt.

ΣΚΙΡΘΟΡΩΝ.

ΠΑΧΩΝ.

X. MAII.

VI. IDVS.

Mensis secundi die 10. accipit mandatum NOHA à Deo,
ut in extructam à se arcam intra spacium 7. dierum importet
uictum, necessarium futurum familie & animalibus, & intro-
ducat ex omnibus speciebus animantium immundorum singula
paria, mundorum uero septena paria. Genes. 6. & 7.

PLEIADVM EXORTVS MATVTI
NVS AESTATIS INITIVM adferre olim credebatur,
ut testatur Plin. aliquoties lib. 18. item lib. 2. cap. 47

IOHANNES ERNESTVS Dux Saxonie Ducis
IOHANNIS ELECTORIS filius natus est Coburgæ
anno 1521. dimidia hora post septimam pomeridianam.

אֲרִירַי בֵּן מִתְּעַלֵּי הַחַן וּבְנֵי הַשֶּׁבֶת הָאֲרִוֹן.

Hoc die mensis Iar credunt Iudæi acceptam esse illam mi-
serandam cladem, qua interfecti sunt 30. millia de Israël una
cum duobus contumacibus filijs Eli, Ophni & Phinces, & Ara-
ca Domini à Philistæis capta & abducta est, qua clade audita,
Eli duobus annis minor centenario de sella delapsus cervicem
fregit, & nurus grauida accelerato per consternationem paru-
tu extincta est. 1. Reg. 4.

Hoc die paulo ante horam 4. matutinam
anno 1560. nascitur camis. filia

ΑΑΜΡΑΔΙΑΣ cum Sole occidit.
mra Catharina, Hafria in Suedia
Anno 79. Minico Normanno de Dübberitz
Prefecto Eugie, elocata. Opt: matris exoptatis.
2101.

XI. MAIL.

V. IDVS.

ΤΗΣ ΗΣ

ΑΡΤΕΜΙΣΙΟΣ.

LEMYRIA II.

ΣΧΙΡΟΦΟΡΙΩΝ.

ΠΑΧΩΝ.

CHRISTOPHORVS DVX VVIRTEBER-
GENSIS Ducis HVLDERICI filius nascitur anno
1515. minutis 18. post secundam horam matutinam.

Q. Fabius Vibulanus III. & L. Cornelius COSS. de
Volsis & Antiatibus triumpharunt anno urb. 294.

XII. MAIL.

III. IDVS.

XIII. MAII.

III. IDVS.

ἌΡΤΗΜΙΣΙΟΣ.
 ΛΕΜΥΡΙΑ
 postrema.

Nebulosa in capite ORIONIS
 cum Sole occidit.

ΣΚΙΡΟΦΟΡΙΩΝ.

ΠΑΧΩΝ.

XIII. MAII.

PRIDIE IDVS.

Hic dies secundi mensis erat diuino mandato destinatus AD CELEBRATIONEM PASCAE ijs, qui iusto tempore, hoc est, 14. die superioris mensis, uel non fuerant mundi, uel profectione aliqua necessaria impediti comedere Pasca cum alijs non potuerant. Num. 9.

Eo die etiam EZECHIAS CELEBRAUIT PRIMVM PASCA, quod multis annis ante ipsum fuerat omis- sum, occupatis antecessoribus Regibus & uniuerso fere populo alijs infinitis cultibus idolatricis. Ideo autem in hunc mensem reiecit festiuitatem, quod Templum primo mense totis sedecim diebus uix purgari a squalore & sordibus, & expiari solenni ritu potuerat, & Sacerdotes tunc magna ex parte immundi fuerant & plurimi ciues peregre absuerant. Quare habita deliberatione hic dies mensis secundi ad Pascae celebrationem uisus est conueniens propter supra allegatum exemplum, 2. Parallip. 30.

XV. MAIL.

ΤΥΦ. Η.

IDVS.

ΑΡΤΕΜΙΣΙΟΣ.

Decimo quinto die 2. mensis, hoc est, tricesimo die post egressum ex Aegypto, POPVLVS ISRAELITICVS DVCE MOSE PERVENIT IN DESERTVM SIN, ubi consumptis iam omnibus azymis & tota massa farina, quam secum ex Aegypto asportauerant, impatientes famis acerbe inuehuntur in Moysen Ducem. Deus autem eodem die uesperis misit intra castra magnam uim coturnicū, & pro misit in posterum diem panis copiam. Exod. 16.

Hoc die, anno quo mortuus & resuscitatus est Christus, fuit celebratum FESTVM HEBDOMADVM, DICTVM PENTECOSTE, QVOD DIE CONGRGATI DISCIPLICVM MATRE CHRISTI VIRGINE MARIA, ACCEPERVNT SPIRITVM SANCTVM EFFVSVM VISIBILISPECIE, ceperuntq; loqui alijs linguis miranda opera Dei, effecta per CHRISTVM crucifixum & resuscitatum. Acto. 2.

ARGEORVM SCIRPEA SIMVLACRA de ponte Sublicio abijcebantur in Tyberim quotannis Romæ.

MERCATORVM dies festus Romæ, quod eo die Mercurij ædes dedicata. Sex. Pomp.

C. Plautius Proculus COS. de Hernicis triumphum egit anno urb. 395.

Humerus dexter ORIONIS cum

Sole occidit.

*Oblata est mi) noie R. M.
conditio aulica ꝑ d. Andrea
Barby. Hafnie. Anno 1557.*

ΣΚΙΡΟΘΟΡΙΩΝ.

XVI. MAIL.

ΠΑΧΩΝ.

XVII. GAL. IVNII.

Hoc die mensis secundi post exitum ex Aegypto, MANE DEVS DEMISIT IN ARBORVM FOLIA ET HERBAS MANNA, quo innumerabilem multitudinem Iudeorum 40. totos annos in deserto aluit, comprobans illud suum dictum, quod à Christo quoq; celebratum est: NON IN SOLO PANE VIVIT HOMO, SED IN OMNI VERBO, QVOD EGREDITVR DE ORE DOMINI. Exodi 16.

XVII. MAII.

XVI. CAL. IVNII.

ר"ח י"ז

ἈΡΤΕΜΪΣΙΟΣ.

Mensis secundi die 17. NOHA MANDATO DEI
OBSEQVENS, INGRESSVS EST IN ARCAM
cum uxore, tribus filijs & eorum coniugibus, post quos Deus
foris omnes partes navis obstruxit & munit aduersus uim im-
brium & fluctuum, eodemq; die ceperunt uere largissimi im-
bres, & exundare omnia flumina continuos dies 40. Gene. 7.

ALBERTVS MARCHIO BRANDEBVR-
GENSIS, FRIDERICI FILIVS, PRIMVS
DVX PRVSSIÆ, nascitur in oppido Franciæ ONOLS-
BACH anno 1490, hora decima antemeridiana, seu duabus
horis ante meridiem.

Chelæ seu libræ Borealis fulgida ma-
tutino occidit.

XVIII. MAII.

XV. CAL. IVNII.

ΣΚΙΡΟΘΟΡΙΩΝ.

ΠΑΧΩΝ.

T. Manlius Im-
periosus Torquatus
III. COS. de La-
dicinis triumphum
egit anno urb. 413.

ל ג בעומר

Iudei & præcipue studiosi cele-
brant conuiuia hoc die, quem numerant
à manipulo oblato tricesimum tertium
diem, ob talem causam, quod aliquando
pestis, quæ horribiliter grassata fuerat,
& triginta millia scholasticorum extinxerat, circa hunc diem
remiserit.

RVPERTVS Imp. obiit anno Christi 1410, sepultus
Heidelberge.

XIX. MAII.
XIIII. CAL. IVNII.

כ"ט IL.
ΑΡΤΕΜΙΣΙΟΣ.

ΣΚΙΡΟΘΟΡΙΩΝ.

XX. MAII.
XIIII. CAL. IVNII.

ΠΑΧΩΝ,

Cum populus Israël ad montem Sinai confedisset undecim menses & uiginti dies, quo spacio legem accepit, & Tabernaculum et Arcam foederis cum alijs omnibus instrumentis ad cultus legis pertinentibus fabricauit, sicut illa describuntur compositae à 19. cap. Exodi ad finem usq; libri, & per totum Leuiticum, & prima capita sequentis libri usq; ad caput decimum Numerorū, HOC DIE ANNO SECUNDO POST EXITVM EX AEGYPTO NVBE ELEVATA À TABERNACVLO, SIGNVM PROFECTIONIS ACCEPIT, & motis castris à monte Sinai processit tridui uiam in deserto, Numer. 9. & 10.

PETRVS BEMBVVS Cardinalis uir doctissimus nascitur ipso meridie anno 1470.

VVOLFANGVS MEVRER Philosophiae & Medicae artis Doctor nascitur anno 1517.

ΑΝΤΑΡΗΣ Cor Scorpij uesperis oritur.

XXI. MAII.

XII. CAL. IVNII.

אֵיִר י.

ἈΡΤΗΜΙΣΙΟΣ.

LVDOVICVS PIVS Imp. CAROLI MAGNI Filius obiit anno Christi 840. Præcesserunt obitum cœlis Solis & Cometa.

HERMOLAVS BARBARVS nascitur anno Christi 1453.

Eodem die præstantissimus in Germania pictor & uir optimus ALBERTVS DVRERVS nascitur anno 1471. minut. 20. post 10. antemeridianam.

PHILIPPVS HISPANIARVM REX, CAROLI V. IMPERATORIS PRIMOGENITVS, nascitur in ualle Doletæ, cuius loci longitudo est 8 $\frac{1}{2}$ latit. 42 $\frac{3}{4}$. Anno 1527. quadrante horæ post quartam pomeridianam.

XXII. MAII

XI. CAL. IVN.

ΣΚΙΡΟΦΟΡΙΩΝ.

ΠΑΧΩΝ.

Populus Israël tridui itinere à monte Sinai per deserta loca sine intermissione confecto, fractus difficultatibus, & periculis laborum, ægrè ferre cepit errationum assiduitatem, & murmurare contra Moïsen. Ob quam impatientiam Deus iratus, FVLGINE ACCENDIT POSTREMA M PARTEM CASTRORVM, ubi cum ignis grassaretur ita atrociter, ut uideretur uniuersa castra semel absumpturus, ægrè tandem precibus ad Deum & lachrymis Moïsis at trepide multitudinis incendium restinctum est. Num. 11.

CONSTANTINVS MAGNVS, PRIMVS EX CHRISTIANIS IMPERATOR, qui sedem Imperatorum ex Italia transfulit BYZANTIVM magnifice constructum, & à se appellatum CONSTANTINOPOLIN, dum molitur bellum aduersus Persas Mesopotamiam uastantes, hoc die moritur NICOMEDIAE anno imperij 31. anno Christi 342.

XXIII. MAII.

X. CALEND. IVNII.

ד'תת"ל

ἈΡΤΕΜΪΣΙΟΣ.

SIMON ASMONEVS IVDÆ MACCHABEI FRATER, ARCEM HIEROSOLYMITANAM, quam Antiochi presidium eò usq; tenuerat, et ciues perpetuis excursionibus vexauerat, fame expugnatam, EXPIAT SOLENNI RITV, cum magna totius ciuitatis letitia, et quotannis hunc diem ad posteritatem festiuo gaudio celebrari mandat. 1. Macch. 13. cap.

O. commissum ad plin prope Crömming
Frysia inter Comites Dni de Arnhem et
D. Ludouicu de Nassau, fratrem Ducis
Guillielmi Principis Auaricae. In quo
cecidit ad duo hominum milia, et inter hos
decem vexilla Hispanorum, auspicijs regis
Hispaniarum Philippi 2. pro restantibus
^{11. sapientia}
isolanis fugantium.

Vltima Aquæ in ore piscis Marini oritur mane.

ΣΚΙΡΟΘΕΡΙΩΝ.

ΜΑΧΩΝ.

XXIII. MAII.

IX. CALEND. IVNII.

AQVILA vespertino oritur.

XXV. MAIL.

VIII. CAL. IVNII.

VRBA
NVS.

SER. TVLLVS Rex Romanorum triumphum egit de
Etruscis anno urb. 86.

ΑΡΤΕΜΙΣΙΟΥ.

ΑΡΤΕΜΙΣΙΟΥ.

XXVI. MAIL.

VII. CAL. IVN.

GERMANICVS Drusi filius
triumphavit de CHERVSCIS,
CATTIS, ANGRIVARIIS,
alijsq; nationibus, que usq; ad AL-
BIM colunt. Cornelius Tacitus.

FRIDERICVS Dux LVNEBVRGENSIS
Ducis ERNESTI filius nascitur Celle Anno 1531. ante
diluculum dimidio horæ post secundam.

Hoc biduo HYADES mane ori-
untur cum Sole.

XXVII. MAII.

VI. CALEND. IVNII.

אִיִּיר ח' II.

ἌΡΤΕΜΙΣΙΟΣ.

Mensis secundi die 27. elapso iam anno, cum prorsus ex-
 iccata esset terra ab aquis diluuij, NOHA IVSSVSE X
 ARCA EGREDI, SACRIFICAVIT ΣΩΤΗΡΙΑ,
 & accepit signum clementiae Dei, ARCVM COELE-
 STEM, ne similem posthac cladem generis humani ab aquis
 inquam metuat. Gene. 8. & 9.

DANTES Florentinus poeta nascitur anno Christi
 1265. moritur in exilio, sepultus Raucennae.

ΑΑΜΗΑΔΙΑΣ Oculus Tauri, ex Hyas-
 dibus lucidissima mane oritur.

ΣΚΙΡΟΦΟΡΙΩΝ.

ΠΑΧΩΝ.

XXVIII. MAII.

V. CAL. IVNII.

אִיִּיר כ"ח ב' מ'ת ש'מ'ר'ע'ל ח'ב'ר'יא.

Hoc die mensis Iudaei putant mortuum esse Samuelem
 Prophetam.

M. Cecilij Rufi, & C. Cecilij Calui oratorum natalis C.
 Mario Cn. Papirio Carbone III. COSS. Anno urb. 627.
 Plinius lib. 7. cap. 49.

XXIX. MAII.

III. CAL. IVNII.

Ἰῆρῆς ἡ

Ἀρτεμισίου.

MAHOMETES II. TVRCARVM IMPE-
RATOR post longam & difficilem obsidionem EXPY-
NAVIT CONSTANTINOPOLIN, & impera-
toris Constantini in fuga occisi caput palo affixum circumge-
stari in urbe iussit. Coniugem autem eiusdem & filiam & alias
nobiles uirgines introductas ad cōuiuium, & à Satrapis stupra-
tas postea frustulatim concidi mandauit, & alia infinita crua-
delitatis inaudite exempla edidit, anno Christi 1453.

ΣΚΙΡΟΦΟΡΙΩΝ.

XXX. MAII

ΠΑΧΩΝ.

III. CAL. IVN.

Natus est GEORGIVS PVRBACHIVS Bavarus
præceptor REGIOMONTANI excellens Mathematicus
anno 1423, hor. 3, post meridiem.

XXXI. MAII.
PRIDIE CAL. IUNII.

𐤀𐤓𐤍 𐤀𐤓𐤍 II.
ἈΡΤΕΜΪΣΙΟΣ.

IUNIVS.

𐤀𐤓𐤍 SIVAN.
TERTIVS.

Esther 9.

ΔἘΪΤΙΟΣ.

Qui ἔ ΔἈΪΣΙΟΣ à Plutarcho ἔ ΔἘΪΣΙΟΣ à Suida dicitur. Ἀ Βοοτῖjs ἸΠΠΟΔΡΟΜΙΟΣ. Plutarch. Casmillo.

Idem in Arato Δἄσιον coniungit cum Anthesterione, pag. 358.

ἘΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ.

Dicitur etiam ΚΡΟΝΙΟΣ. Plutarch. Theseo. Idem Ἐκατομβαιῶνα dicit à Macedonibus vocari Δἰῶνα in vita Alexandri Magni, sicut Iosephus quoq̄, cum de morte Aaronis loquitur, hos menses coniungit.

ΠΑΥΝΪ.

Ardua Solis equos trahis ad fastigia VITE.
Agni mōstrat onus sed BAPTISTES tibi PETRE.